

Ad Primam.

Ad 1. ^{2. partem} ^{nis.} ^{prop.} Ex propositionibus 3.^a et 6.^a, in quibus convenimus, aperte constat, efficaciam auxilij divinae gratiae non consistere in sola motione se tenente ex parte extrinseci proponendi obiectum, sive intrinseci intellectum, sed etiam in reali, ac intrinseca motione voluntatis se tenente ex parte potentia.

Ad 2. ^{2. partem} Praeterea illa efficacia non consistit in sola ~~dei~~ motione se tenente ex parte intellectus per modum suadentis; sed praeter vitales excitationes ac inspirationes, quibus Deus suadet illuminando intellectum, necessaria est in voluntate alia realis et intrinseca ~~dei~~ motio, qua inclinatur, et persuadeatur, et in hac persuasione ex 1.^o August. ⁿⁱ sententia, divinae gratiae efficacia posita est, et per eam optime explicatur.

Ad 3. ^{2. partem} Praeter has motiones et persuasionem explicatam non est necessaria alia motio, quae ita ^{se} teneat ex parte potentia ~~et~~ modum agentis ut physico ac reali influentia agat in voluntatem, aut in actum conclusionis; licet bono sensu concedi possit per vitales motiones supra explicatas, voluntatem applicari ad operandum.

Ad 4. ^{2. partem} Si ~~per~~ congruitatem, quam efficacia gratiae non excipiat, aut supponit, intelligatur libera hominis operatio, vel congrua dispositio, per quam à Deo ex congruo impetratur gratia, certum est efficaciam gratiae nullam ex parte hominis spectare, aut supponere congruitatem: si vero ~~per~~ illam congruitatem intelligatur contentio operatio omnium circumstantiarum, in quibus praesentit Deus ita gratiam congruetur voluntati ut, si ~~per~~ eam promoveatur, sit infallibiliter praedictura consentium; negari non potest efficaciam gratiae, hanc congruitatem non supponere, sed requirere.

Ad ult. ^{2. partem} Denique, licet efficacia motionis divinae gratiae supernaturali dispositionem ad inspirationem causet; non tamen causat omnes circumstantias, in quibus praesentit Deus hominem ex gratia consenturum; sed aliquas supponit ut naturale hominis temperamentum, et similes.

Ad Secundam.

Hae gratiae efficacia pendet ab aeterno et absoluto voluntatis Dei decreto, quo illos accit, quibus homo ad Deum convertitur, ⁱⁿ particulari voluit ante praedictionem boni usus liberi arbitrij futuri absolute; et non vero ante praedictionem boni usus conditionaliter praeviginti à Deo, si liberum arbitrium tali gratiae motione in talibus circumstantijs moveretur.

Ad Tertiam.

Ad primam partem. Aeternum hoc, atque absolutum sui voluntatis decretum, Deus executioni mandat in tempore, non quidem per aliquam entitatem physicam praedeterminantem voluntatem; sed per vitales motiones cum intellectus voluntatis, quas Deus tum inserit, tum suis congruenti voluntati, ut supra explicatum est: per quas excitata, et applicata voluntas dei consentit, et coargui non potest, nisi Deus praeterea supernaturaliter ac Physice influat per gratiam contributivam, atque una cum libero arbitrio ut causa tamen praecipua eius consentium, ac determinationem efficiat.

Ad secundam partem. Fieri non potest, ut 1.^a causa per influxum reale ac Physicum in voluntate receptum eius indifferentiam praedeterminet, et ipsa voluntas tanquam causa 2.^a et posterior si ipsam determinare valeat.

Ad Quartam.

Voluntas phy.^{ca} illo modo praedeterminata nulla ^{ratione} manet indifferens, nec quo ad actum, nec quo ad potentiam.

Ad Quintam.

Stante supra ~~etiam~~ explicata gratia praev.^{ca} motione non implicat in sensu esse: ponit, quod voluntas dissentiat illi vitati motioni secundum se sumpta; Repugnat tamen ex suppositione, qua illa motio sit congrua, et efficax: hoc est: communicata à Deo in illis circumstantiis, in quibus praedixerat ~~Deo~~, voluntatem tali motione pulsatam praedaturam esse consentium.